Quelle: https://manuscripta.at/?ID=851
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



in conspectu senuum suorum fuit glificatus. XXV

Domine ds mus es tu exaltabo te et confitebor
nomini tuo quia fecisti mirabilia cogitationes antiquas fideles amen. Quia posuisti ciuitatem in tumulum urbem fortem in ruinam domum alienorum ut non sit ciuitas et in sempiternum non edificetur. Propter hoc laudabit te populus fortis ciuitas gentium robusta timebit te. Quia factus es fortitudo pauperi fortitudo egenus in tribulatione sua spes a turbine umbraculum a bestu. Spiritus robustorum quasi turbo impellens parietem sicut est in siccitudine locum alienorum humiliabis et quasi calorem sub nube torrente palmes fortium marcescere faciet.

Faciet dominus exercituum omnibus populis in monte hoc convivium pinguium convivium vindemiae pinguium medullatorum vindemiae defecatae. Et praecipitabit in monte isto faciem vindemiae collisionis super omnes populos et telam quam ordiuit super universas nationes praecipitabit mortem in victoria. Et auferet dominus deus omnem lacrimam a omni facie et opprobrium populi sui auferet de universa terra quia dominus locutus est. Et dicetur in illa die. Ecce dominus deus noster iste expectavimus eum et salvabit nos. Iste dominus sustinuimus eum exultabimus et laetabimur in salutari eius quia requiescet manus domini in monte isto. Et triturabitur moab sicut conteritur palea in plaustro extendet manus suas sicut natans extendit manus natandi. Et humiliabit gloriam eius cum allisione manuum eius munimentum sublimium murorum tuorum coadunet et humiliabit et deiecerit terram usque ad pulverem.

In die illa cantabitur canticum XXVI
istud in terra iuda urbs fortitudinis nostre sion salvator ponetur in ea murus et antemurale aperite portas et ingredietur gens iusta custodiens veritatem. Vetus error abiit. Servabis pacem pacem quia in te speravimus. Sperastis in domino usque in aeternum in domino dominus fortis in perpetuum quia deprimet habitantes in excelso.

Ciuitatem sublimem humiliabit humiliabit eam usque ad terram detrahet eam usque ad pulverem. Conculcabit eam pes pauperis gressus egenorum. Semita iusti recta est recte callis iusti adplanandi. In semita iudiciorum tuorum domine sustinuimus te. Nomen tuum et memoriale tuum in desiderio animae. Anima mea desiderabit te in nocte sed et spiritu meo in praecordiis meis de mane vigilabo ad te. Cum feceris iudicia tua in terra iustitiam discent habitatores orbis. Misericordia impio et non discet facere iustitiam in terra sanctorum iniquitatis gessit et non videbit gloriam domini. Domine exaltetur manus tua et non videant. Videant et confundantur zelantes populi et ignis hostes tuos devoret. Domine dabis pacem nobis omnia enim opera nostra operatus es nobis. Domine deus noster possiedebunt te dominis nos absque te tantum in te memores erimus nominis tui. Mortui non vivent gigantes non resurgent propterea visitasti et contrivisti eos et perdidisti omnem memoriam eorum. Et adiecisti domine gentem adiecisti gentem. Numquid glificatus es. Elongasti omnes terminos terre. Domine tanguam in angustia visitabunt te in tribulatione murmuris doctrina tua eis. Sicut quae concepit et appropinquat ut parturiat dolens clamat in doloribus suis sic fuimus a facie tua domine. Concepimus et quasi parturiuimus et peperimus spiritum salutis. Iustitiam non fecimus in terra in hoc non cadunt habitatores terre. Vivent mortui tui interfecti mei resurgent. Expergiscimini et laudate habitatores in pulvere. Quia ros lucis ros tuus et terra gigantum detrahes in ruinam. Vade populi meus in tabulata tua. Claude ostia tua super te. Abscondere modicum ad momentum donec pertranseat indignatio mea. Ecce enim dominus egredietur de loco suo suo ut visitet iniquitatem habitatoris terre super eum. Et revelabit terra sanguinem suum et non operiet ultra interfectos suos. XXVII

In die illa visitabit dominus in gladio suo durum et magnum et fortem super leuiathan serpentem tortuosum et occidet cetum qui in mari est. In die illa vinea meri cantabitur ei. Ego dominus custodiam eam ne forte visitem super eam nocte et die seruo eam ne indignatio mea